

obligatio, hoc tamen fallit, nisi fiat super his reb. quæ proueniunt ex peculio castrensi, vel quasi castrensi: cuius ratio est, quia filius in his patremfam. existimatur vt supra dictum est, & plenum ius habet.

51 Vnde infertur eleganter Io. Faber in §. item inutilis, Instit. de inutil. stipul. idem esse si pater & filius contrahant super peculio aduentitio, in casibus exceptis, in quibus patri non acquiritur vsusfructus: quam doctrinam refert & sequitur Greg. Lopez in d. l. 6. in gl. Castrense.

Ex quibus infertur primo declaratio ad supradicta, vt intelligatur tantum hæc limitatio, respectu e- jus quantitatis, quæ est in peculio castrensi, vel quasi, vt est text. expressus.

Secundo infertur ampliatio ad supradicta, vt procedat etiam in peculio aduentitio, quoties patri in eo non queritur vsusfructus, ex supradicta doctrina Io. Fab. & octo casus, in quib. vsusfructus non queritur patri, ponit glo. in auth. Idem est. C. de bon. qua lib. quam gl. dicit magistram & ordinariam Ias. in §. penales, nu. 88. Instit. de act. & videnda sunt circa eam, quæ scribit Gomez in §. actiones aut em. n. 17. ver. quarta species, Instit. de action.

52 Vterius ex supradictis infertur manifestissime, quod cum omnia lucra, quæ acquiruntur personæ, de quibus in l. 7. tit. 17. part. 4. scilicet. Lo que dan a los maestros de qualquier ciencia que sean, de la Camara del Rey, o de otro lugar publico en razon de soldada, de salario. e lo que dan a los uexes, y a los escriuanos del Rey por razon de su officio, e lo que dan a otros qualesquier de esta manera: cum huiusmodi lucra dicantur & sint quasi castrensi: & son qui- tamente de aquellos que las hizieron, vt in d. l. 7.

53 Infertur inquam, quod personæ supradictæ, licet sint in patria potestate, poterunt respectu ipsorum intra eorum tantum quantitatem, prædictos contra- ctus facere, non obstant prædicta Regia constitutio- ne, cum in eis patresfam. existimantur per suprad. l. 2. ff. ad Macedonianum.

54 Et ex illa l. 7. solet communiter dici, idem esse in his, quæ acquiruntur filijsfamil. aduocati, vt sint quasi castrensi, & per consequens non acquirantur patribus ipsorum, sed sint sua propria & possint libere de eis disponere in vita, & ita tenet Greg. Lop. in d. l. 7. in gl. A otros qualesquier. & Celsus in suo repertorio, in parte, huius vers. 2. ad si. & videndus est optime Palat. Rub. in Re- per. Rubrica. de donat. inter vir. & vxor. §. 62. nu. 20. & num. 21. & Ant. Gom. in l. 51. Tau. n. 72. ad si. & Nauar. in Manu- al. c. 17. nu. 142. vbi ponit alia, quæ sunt de peculio quasi Cas- trensi. & Monte Ros in sua pract. in 7. tractatu. fol. 116. col. 1. & iterum fol. 147. col. 2. idem tenet Bertachinus in tract. de gabel. 2. part. princ. 26. quest. num. 16. vol. 11. tract. fol. 24. ad si.

Pro quo facit, nam aduocati seu patroni caussarum dicuntur militare, vt in l. aduoc. C. de aduoc. diuers. iudi- ciorum, quæ omnia sunt summe notanda in practica: & pro eis considero optimam leg. Regiam, ad hoc sci- licet, vt his casibus filiusfamilias possit contrahere, & est lex 4. tit. 1. part. 5. in versicul. Otro si dezimos, que qualquiera que tuuiere algun officio publicamente del Rey, o de otro fennor, o de algun consejo, o el que fuese menestral de qualquier menester que usase a labrar publicamente, o tuuiere tienda de cambio, o de pannos, o de otra mercaderia en que usare a labrar, e a mercar biene assi como home que no esta en poder de otro: porque creen los homes, que esse tal estana sobre si, es tenuto de pagar lo que tomare em- prestado, muer que este en poder de otro. Nam sicut ibi in mutuo, quod est prohibitum in filijsfam. per Senatuf- consultum Macedonianum, datur limitatio in supra- dictis casibus: idem etiam dicendum est in ceteris re- bus respectu nostræ legis Regiæ, cum ea veniat am- pliatiue ad Senatufconsultum Macedonian. quod

tantum in pecuniis mutuis loquitur, vt procedat etiam in quibuscunque contractibus ad creditum alia- rum rerum, vt supradictum est, & ita est tenen- dum.

Et ex suprad. l. 4. Regia parte infertur ad alios plu- res casus ibi contentos, quib. hæc pragmatica & Re- gia noua decisio limitabitur, inter quos præcipuus est ille, quotiescunq; filius vel nepos fam. tempore cõ- tractus interrogatus, an haberet patrem vel auũ, sub cuius potestate esset, hoc negasset dicẽdo, quod non, nam ex solo mendacio tenetur stare contractui, quia negauit veritatem, vnde idem dicendum puto argu- mento illius tex. inutilis his, quæ supra dicta sunt in nostro casu, vt minime inueter beneficio huius Regiæ deci- sionis filiusfamilias, qui cum tempore contractus in- terrogatus, an habeat patrem, vel curatorem, vel aliã personam, sub cuius potestate sit, hoc negauit contra veritatem, quia propter suum mendacium in hoc pu- nitur, vt teneatur adimplere contractum à se factum, quæ quidem opinio optime vltra illam l. fundatum & probatur ex pluribus specialibus, quæ in iure de- cisa sunt contra mentientes.

Et primo quidem probatur, quia minor 25. annis, 56 qui gratia decipiendi aduersarium, vt cum eo contra- heret, dixit se esse maiorem, si lædatur ex eo contra- ctu, & probet se minorem, non debet restitui, quia hoc casu malitia sua, hoc est, dolo supplet ætatem & sibi patrocinari non debet: ita probant text. in l. 1. §. 3. Cod. si minor se mai. dixer. quia errantibus, & non fal- lentibus iura subueniunt, vt in dicit. leg. 2. & idem de iure Regio dispositum est in l. 6. in princip. tit. fin. par- tit. 6. vbi reddit rationem: Porque las leyes ayudan a los engannados, y no a los engannadores. Ex t. qua l. 1. ex 57 dicit. leg. 2. Codic. si minor se mai. dixer. hoc restringitur, vt procedat eo casu, quo minor, qui se maiorem per mendacium dicit, eo tempore per suum aspectum id appareat, scilicet esse maiorem: nam si clare constaret, eum esse minorem, licet ipse se dolo maiorem diceret, tunc hoc casu posset restitui, quia secum contra- hens potuit id præuidere, & cum illò non contra- here, Ergo merito, quod si impulerit si contra- xit & restituitur minor: & ita debent intelligi supra- dicta iura.

Quæ secundo loco limitat Greg. Lop. t. post alios 18 quos refert in d. l. 6. in gl. Defatado, respectu eorum, quæ vt maior posset opponere aduersus contractum, nam solum punitur in eo, in quo mentitus fuit & deliquit, non vero in plus, imo etiam si iurasset se esse maio- rem, cum tamen non sit, sed minor, adhuc non exclu- deretur à remediis maioribus competentibus, vt pu- ta. quod contractus fuit nullus, secundum Greg. Lop. vbi supra, vel alijs de caussis supra relatis iuxta comu- nem opinionem supra relata & examinata cum glossis in l. 1. supra eodem, & in hac authent. quæ habet; Quod contractus puberis iuratus tatum excludit re- mediã ratione minoris ætatis competentia, non vero ea, quæ competunt maioribus, vt maioribus, poterit etiam poni exemplum in remedio l. 2. C. de re scin. vend. quod minime censetur sublatum in hoc casu, vt la- tius infra videbimus volente Deo. Nunc ad propo- situm; Sicut ergo minor, qui mendacio se maiorem di- cit, cum sit minor, non restituitur & amittit benefi- cium minoribus concessum, ita etiam filiusfam. dolo & mendacio se patremfam. dicendo, amittere debet priuilegium & beneficium filijsfam. in nostra Regia decisione concessum.

Secundo t. principaliter supradicta limitatio ad no. 59 stram leg. Regiã de filiofamilias mendacio dicente se non esse filiumfam. comprobatur ex eleganti illa Gui- lierm. de Cugn. decisione in leg. qui iurasse, in principio, ff. de

f. de iureiurand. vbi tenet, quod licet dubium sit, vtrũ pupillus doli capax possit iurare cõtractũ in casu hu- ius authentice, vt latius j. videbimus; Attamen si ipse pupillus proximus pubertati iuraret, cõtrahit, se esse puberem, & hoc dolo, vt secum contrahatur, & postea iuret se non venire aduersus contractũ, habe- bit locum hæc authentic. Sacramenta puberum, sicut si esset pubes, qui iurauit, licet nõ loquatur de impube- ribus, quoniam habetur pro pubere, postquam ita iu- rauit, argumẽto dist. tit. C. si minor se maiore dix. Ergo ita & eodem modo dicendum est in proposito, vt hic si- liusfamil. qui mendacio dixit se esse patrem familias, teneatur ac si esset paterfamilias, quoniam habetur pro paterfamilias, postquam ita iurauit: & illam Gui- lielmi decisionẽ sequitur maxime cõmendans Pau- lus de Castro in dicit. l. qui iurasse, in prin. nu. 5. vbi eius additio, allegat eundem Paulũ de Castro ad idem in cons. 223. sequitur etiam Matthæus de Afflictis decisio. Neapolit. 322. n. 3. vbi refert Alexand. hoc limitantem, præterquam, si contrahens cum tali impubere doli capace esset ipsius coniunctus, quia tunc non est ve- rosimile, ipsum ignorare ætatem pupilli doli capacis iurantis, quod quidem non ita verum indistincte esse censeo; potuit enim coniunctus, vel diu abesse à patria, vbi minor natus fuit, vel non esse conuicinus ei, vel talem aspectum habere minorem, vt appareat maio- rem esse, vel ita remotum esse coniunctum, vt commu- niter inter tales coniunctos non solet haberi ratio gratis alterius: Eandem quoque sententiã Guilielm. sequitur Greg. Lopez in dicta l. 6. in gl. Engannosamete, vbi dicit, non esse mirandum, si teneamus opinionem illam, quæ habet Quod etiam pupillus doli capax ob- ligetur ex iuramento, de quo latius j. Vt cunq; sit mi- hi illa decisio mirabilis videtur, quia licet in quantũ ampliat textum hunc, non sit ita mirabilis, est tamen magnificenda, quia declarat & ampliat totũ titulu C. si minor se mai. dix. quia titulus ille, & ibi Doctores ta- rum loquuntur in adulto maiore 14. annis; & minore 25. dicente se maiorem causa aduersarij decipiendi, vt ex eius legibus constat; & ita etiam loquitur & procedit dicta l. 6. Regia, licet prima facie aliud videretur Greg. Lopez ibidem; Hoc enim casu adultus habe- tur propter iuramentum suum pro maiore, quia de- cepit: At Guilielm. vult illud idem esse in pupillo as- serentem se esse adultum, quia hoc cadit in delictũ, cũ decepit, & pupillus ex delicto obligatur, cum est doli capax, vt in c. 1. de delict. pueror. & in l. pupillum. ff. de reg. iur. & in l. 9. titulo 1. partita 7. l. 15. titulo 1. partita 1. l. 6. titulo quinto, partita 6. & late Antonius Gomez. 3. tomo. ca. 1. de delict. n. 58. & sequentibus, & in hoc profecto singu- laris est decisio Guilielm. quod non considerauit Gregorius Lopez vbi s. sed bene declarauit hoc mo- do mentem Guilielm. Paulus de Castro in dicta l. qui iurasse, in princip. nu. 5. & 6. dicens quod perpetuo tene- menti, quia non recolo alibi istud legisse, neque Do- ctores aliquid dicunt in isto titulo, Si minor se maior dix. & post Paulum de Castro, videndus est ibi bene super hoc Alexand. sequitur etiam Matthæus de Af- flictis decisione Neapolitana 193. numero duodecimo, vbi limitat, quando minor dolo aduersarij fuisset indu- ctus ad id iurandum, præterquam si iurasset ad Sacra Dei Euangelia, tactis scripturis, quia tunc nullo mo- do potest probare se fuisse minoris ætatis, vt in l. 3. C. si minor se maior dix.

Hinc possumus dicere, prouenisse practicam ho- diernam, vt quãdo dubitatur, an contrahens sit ma- ior, vel minor 25. annis, ipse iuret se esse maiorem, ne- postea probet, minorem fuisse tempore contractus, & cõtractus sit nullus, vel aduersus eũ restituitur, quod si quidem ipse dicit se esse minorem, tunc iuret se nõ

contrauenturum contractui ratione minoris etatis, nec alia qualibet ratione: vt in hoc textu, & his mo- dis contractus firmissimi sunt.

Tertio t. principaliter supradicta limitatio ad Re- 60 giam decisionem comprobatur ex eleganti decisione text. in l. final. ff. de rei vendic. vbi dicitur, quod si con- uentus rei vendicatione neget se possidere eẽ, p. qua conuenitur, & aduersarius pbauerit contrarium, cõ- uincendo reum de mendacio, hoc est, quod possidet eãdem rem, trãsfertur possessio in actorem per iudi- cem ex solo mendacio, licet actor suã esse non probauerit, Ergo ita & eodem modo dicendum est in no- stro casu, quod cum filiusfamil. tempore contractus interrogatus, an sit filiusfamil. id neget, merito quod in hoc puniatur, vt non gaudeat beneficio filiusfam. concessio, & cum d. l. si concordat expressa l. 3. tit. 3. par. 1. vbi hoc additur, quod reus, postquã est tradita pos- sessio auctori, potest petere dominium illius rei, v- trumque etiam probat text. in auth. trient. & semiss. 9. il- lud quoque in iudiciis, el. segundo collat. 2.

Circa t. quæ iura pauca hic examinare libuit, quæ 61 conduunt ad nostrã limitationem, quam sudamus, & præterea sunt quotidiana in practica Et primo pro intellectu illorum iurium aduertendum est, quod ad hoc, vt procedat, requiritur, quod reus negas se pos- sidere, sciat se possidere; secus vero erit si ignoret: ita- que in effectu dolo negatis requiritur; potuit enim ignorare se possidere, vt puta si per seruum vel aliũ possideat, vel alio modo habeat iustã ignoratiõẽ causã suę possessionis, quo casu, licet conuincatur, non punitur neque amittit suam possessionem: ita tenet in effectu gloss. licet sic non declaret in d. l. si gloss. in versic. hic autem quando fuit sciens, quam sequitur Bart. ibi, n. 9. Greg. Lopez alios allegans in dicit. l. 3. gl. 1. & ge- neralius inquit Alexand. allegans in l. qui cum se, ff. de re iudic. & Felin. in c. ceterum, nu. 18. de iud. quod penã impositã à iure propter mendacium, habent locum solum quando dolo interuenit in mendacio alias secus, vt probat text. in c. 1. §. si fuerit, que sit prima causã. benefic. amitt. & in cap. 1. §. Vasallus, & si Vasallus, si de feud. fuer. controuers. in versic. feud. eandem etiam opinio- nem in proposito dictarum legum tenet plures alle- gans Ant. de Padilla, y de Menesses in l. si. n. 13. C. de fidei- commissis. & hoc quidem rationem habet, cum ex eo solo quis illis legibus puniatur, quod mendacium dixerit, quia non erit alias penã infligenda, nisi quoties adest culpa, vt in l. sancimus, C. de penis, culpa autem est, quando scienter quis negat veritatem.

Pro quo etiam faciunt; quæ tradit D. Franciscus 62 Aviles in cap. 48. prator. glo. 3. n. fil. 246. vbi tenet, quod ad hoc, vt quis puniatur de falso, requiritur dolo; irem etiam in periurio ad hoc, vt quis periurii penã puniatur, requiritur dolo, hoc est, quod dolo malo & animo nocendi quis se periurauerit, & hæc est communis & vera opinio secundum Ias. in l. videamus, in pr. n. 6. & sequentibus. ff. de lit. iurand. quod late discutit idem Ias. in l. qui iurasse, in princ. num. 4. & se- quentibus. ff. de iureiurand.

Vbi t. Paulus de Castr. n. 7. & 8. vnum verbum nota- bile dicit, scilicet, q. sufficit allegatio doli in accu- satione, quia eo ipso, quod probatu sit, falsum dixisse, præsumitur dolo se id dixisse, p. quo facit text. in l. cum similibus, C. ad l. Corn. de sicar. vbi probatur, quod licet allegas dolum, vel culpam teneatur id probare, vt in l. quoties, §. qui dolum, & ibi gl. & Doctores ff. de proc. cum similib. tamen secus est in dictis, prout est negare veritatem, quia hoc casu, probato delicto vel menda- cio, præsumitur dolo. Certe optima est hæc Pauli deci- sio, & quæ plurimũ in praxi conducet, & omnia su- pradicta notanda sũt valde ad leges huius Regni, quæ M M M



plures sunt punientes testes falsarios & periuros, vt requiratur dolus in eis, & sufficiat solum allegatio doli, nisi contrarium probetur.

64 Ex supradictis inferitur ad intellectum limitationis supradicte ad Regiam decisionem, vt predicta limitatio intelligatur, quotiescunque filiusfam. sciens patrem habere, id negauit, vt deciperet secum contrahentes, quod est presumendum per solum allegationem probato mendacio; secus vero erit, si aliquam iustam causam habeat & credendi & affirmandi, quod non habet patrem, vt quia sibi nuntiatum est esse mortuum, cum sit viuus, per supradicta.

65 Secundo circa d. l. si de rei vendic. cum simil. est aduertendum, quod per l. 100. styli, ampliatur, vt procedat in delictis: Nam lex illa disponit, quod si accusatus de maleficio, neget se illud commisisse; si conuincatur de mendacio, non poterit vllam defensionem opponere vel exceptionem, sed secundum probata debet condemnari.

66 Sed aduertendum est, quod leges fori, quarum declarationes sunt leges styli, non seruatur, nisi quatenus eorum vsus probatur, vt in l. 1. Taur. ac per consequens neque ipse leges styli debent seruari, nisi earum vsu probato, vt tenet Ioan. Orosc. in l. de quib. n. 40. & in 97. ff. de leg. & Roderic. Suar. in proemio legum for. nam qualitas, quae inest in lege declarata & relata, inesse debet in declarante & referente, vt precipue respectu vsus tenet Ant. Com. in l. tom. c. 9. n. 21. ad fin.

67 Vnde dicitur l. 100. styli non debet seruari, nisi probato eius vsu, quod aucto affirmare in practica hic Placentiae est, quod lex illa non seruatur, imo est stylus communis aduocatorum, quando reus non confitetur delictum, dicere, Nego, & casu negato quod fecissem, esset ad meam defensionem necessariam, vgl aliis modis saluatur delictum, qui rei, de qua agitur, quadrat & conueniunt: & ita inuenio etiam tenere Didac. Per. in l. 1. tit. 4. l. 3. Ordinarum. colum. 932. ad finem, vbi refert Bald. ita tenentem in l. si quidem, colum. 2. n. 4. C. de except. & inquit quod ita communiter vti solent cauri aduocati.

68 Et si hoc casu probaretur delictum, & reus probaret factum fuisse ad sui defensionem necessariam, existimare, reu ipsum absoluendum, vel saltem extraordinaria aliqua poena tantum plendendum, iuxta id, quod ex processu costaret: & postquam haec scripserat, translatis aliis quibus diebus inuenio ita tenentem expresse Doctor. Ant. Aluar. in tractatu, quem fecit super l. Par. ita, loquente de eo, quod tenentur facere arcium custodes, in lingua materna, in 4. parte affirmatiua, fol. 85. quod in ordine est antepenult. vbi inquit, quod reus debet audiri super hac noua defensione, & si ea probauerit, absolui, etiam si prius negauerit simpliciter delictum, & probatum fuerit delictum; nam potest postea dicere, Occidi, sed ad mea defensionem: vnde inferitur, differentiam quidem esse in hoc in ciuilibus & in criminalibus.

69 Vterius & tertio est aduertendum, quod dicitur l. si cum similibus, non procedit, quotiescunque negans reuocauit suam negationem, ita tenent Angel. Salycet. & Paul. de Cast. contra Bart. ibi in l. cum, qui, in prin. ff. de iureiuram. & est communis opinio secundum Felin. in dict. c. ceterum, n. 18. de iudic. qui hoc intelligit, quotiescunque reuocatio fieret re integra, antequam esset conuictus de mendacio, secus vero si iam esset conuictus de mendacio, quia tunc in praedictum turis acquirit non potest reuocare suam negationem, & hoc casu saluatur opinio Bartol. vbi supra: & ita est intelligenda vna ex limitationibus, quas ad illam l. posuit Alexan. in l. non tantum, §. hoc autem, n. 1. & sequentibus, ff. de re iudic. quae habet: Vt lex illa non procedat, quando quis non perseuerauit in negatione, sed discessit ab

ea, & pars contraria velit se iuuare illa reuocatione & confessione aduersarii; secus tamen si nolit, sed per testes suos tantum, quia tunc tanquam negans ponitur: haec Alexand. vbi supra. Hoc inquam debet intelligi, quando per testes fuit conuictus, antequam reuocaret negationem, quia si antequam conuinceretur testibus de mendacio, ipse, qui negauit se possidere, fateatur contrarium, reuocando suam negationem prius factam, non punietur poena dicitur l. si iuxta supradicta, quia tunc pars aduersa non grauatur iam onere probandi, quod quidem sunt notanda in proposito & conducent ad limitationem supra signatam ad d. l. Reg. 22. Recopilationis, de qua agimus, & ideo ea posui & examinavi. Sed & alia plurima pro intellectu d. l. si ponit & examinat dominus meus, vbi supra, in d. l. fin. C. de fideic. n. 2. & pluribus segg. & ideo ea omitto.

Vterius & quarto principaliter, vt ad propositum 70 quo digressi aliquantum fuimus, reuertamur, scilicet, ad comprobationem supradictae limitationis ad nosram l. Regiam, quam tunc interpretamur, quae limitatio habet, vt lex illa Regia non procedat, quotiescunque filiusfamil. cum contrahit, se affirmat esse patremfamil. negando se esse filiumfamilias, vt decipiat secum contrahentes: haec limitatio probatur per textum exprelsum in l. sed & si ex parte, in versiculo, inter duo, ff. quod cum eo, & c. vbi probatur, quod si filius tempore, quo secum contrahitur, se meum est patremfamil. dabitur contra eum in solidum actio, etiam si sit exheredatus vel emancipatus a patre, in cuius rem cessit contractus, quae alias non daretur, si non mentitus esset. Certe text. illo expressior ad nostrum propositum inueniri nequit: Et itaque verissima supradicta limitatio, precipue fundata praedictis iuribus & fundamētis. Sed & sunt alia specialia in iure contra mendaces, de quibus videndi, sunt relati per Didacum Perez in l. 1. o. tit. 2. libro 1. Ordinarum, colum. 85. in glossa, lo negare.

Vtimo circa dict. l. Regiam, quae hodie est l. 22. 71 est aduertendum, quod idem erat antea decisum in scholaribus, per responsonem ad petitionem c. de Valladolid. anni 1442. quae hodie ponitur pro lege in l. 4. tit. 7. l. 1. noui Ordinarum regalis, in Noua Recopilatione legum huius Regni, cuius verba sunt haec: Mandamos, que orando alguno prestare dimeros, o venderse siado a algun e. estudiante estante en algun estudio, sin voluntad de su padre, o de aquel que alli le tiene a su costa, que no lo pueda pedir, ni tener recurso contra el padre, ni la madre, ni otra persona que lo ouiere alli embiado, ni los pueda citar sobre ello ante el conseruador del estudio, ni ante otra iusticia alguna sino a la misma parte.

De iure tamen communi erat contrarium dispositum, 72 na hic erat vnus casus, in qua filiosfamil. poterat dari mutuum, & pater eius tenebatur; ita probat text. in l. sed Iulianus, §. proinde, ff. ad Macedon. & ibi gloss. & Bartol. gloss. etiam in l. Macedoniam, verbo, non recusaret, C. eodem tit. & de iure Regio partitarum est l. 6. tit. 1. part. 5. de quo latissime videndus est Petrus Duennas in regula 3; o. vbi ponit regulam cum ampliationibus & limitationibus, tamen hoc ius comune corrigitur hodie per d. Regiam l. 4.

Sed & hac l. 4. Regia ampliatur in pluribus per dictam 73 l. 22. vt videmus in eius litera & contextura, in vno tamen videntur contrariae scilicet, in eo, quod dicitur l. 4. dicit in fine, ibi Sino a la misma parte, cuius totum contrarium probat dicitur l. 22. etiam ad sit iuramentum, vnde inferitur quod dicta l. 22. cum sit posterior, tam tempore, quo condita fuit, quia est pragmatica 98. anni 1555. & dicitur l. 4. est ann. 1542. quam in ordine Recopilationis nouae, qua ponitur pro legibus, ambae vt constat, corrigat dictam legem quartam: & ita pro

haec

haec opinio est expressa Regis decisio 79. d. an. 1555. quia cum fuisset petita a Rege, quod statutum in d. c. respectu ipsius filijfamil. extenderetur & provideretur in scholasticis, responderet Rex noster, quod ex contentio in d. c. 78. responderetur ad hoc, & sic quod sit idem, & per consequens corrigatur hodie d. lex quarta, in dictis finalibus verbis.

Rursus videtur, correctionem hanc esse euitandam argum. leg. vulg. & quod haec duae leges ita concordentur, scilicet, quod d. l. 22. loquatur & procedat generaliter in omnibus filijsfam. vel in constitutis sub tutela vel cura, non debeat intelligi in casu speciali, quod loquitur d. l. 4. scilicet in scholaribus.

74 Primo, tamen videmus, quod etiam si de iure communi & Regio contra mutuum filijsfam. competat exceptio Macedonian. vt in tot. tit. C. & ff. ad Macedon. & in tit. 1. part. 5. tamen id non procedit in mutuo factio filijsfamil. studentibus fauore studij, vt supra est dictum; imo etiam si contra voluntatem patris studeat, tenentur tamen patres soluere expensas filijs, personis mutuantibus & expendentibus pro eis, pro ea parte, quam domi essent cum eis expensuri, ita tenet expressus Petrus Vnziola & eum referens Petrus Duennas vbi supra in 2. ampliatione, nec obstat, haec iura iam esse correctata per d. l. 4. ac perinde non esse trahenda ad consequentiam.

75 Nam t licitum est sumere argumentum a legibus abrogatis, si tamen ipse in se sit in corpore iuris, pro vt sunt supradictae leges, haec est communis opinio & tenenda secundum Gomezium in §. in personam nu. 17. in vers. stud. tamen dictum, in tit. de action.

76 Secundo t pro hac opinione facit, quia lex noua generaliter loquens non corrigat casus speciales legis antiquae, imo dicitur l. noua determinatur & intelligitur per l. antiquam, vt in l. sed & posteriores, ff. de leg. & in expresso ita tenet gloss. relata ad suum textum in l. 1. C. de silentariis & decurion. corum, lib. 12. idem recte inspecta probat gloss. in l. haec consultiissima, in princip. C. qui testamenta fac. possunt, quam opinionem sequitur simpliciter Bartol. inferens ad questionem in d. l. sed & posteriores, & ibi Ioan. Orosc. num. 21. idem sequitur allegans Paulus de Montepico in repetit. in quartam, nu. 104. ff. ad l. Falcid. qui n. 180. dicit hanc opinionem communem, sequitur etiam eum & alios allegans, idem Ioan. Orosc. in l. 1. nu. 33. ff. de constit. Princip. & ibi Ias. nu. 16. & late Felin. in c. 1. nu. 10. sequi. de rescript. Menchae de success. creat. §. 3. nu. 16. Ias. in l. cum antiquitas, nu. 6. C. de iust. testam. Sed & est alia gloss. optima & ordinata, quae idem tenet in l. sciendum, in princip. gl. 1. vers. sic. ff. qui satisfac. cogant. quae hoc modo probat: Nam dubitat, an d. l. sciendum, quae praecipit, reos in iudicio vocatos, qui non possident immobilia, satisfationem prestare, corrigatur per authent. offeratur, C. de lit. quae indistincte dicit, quod satisfidetur? & respondet gl. quod non, quia d. authent. offeratur, licet sit noua, determinatur per l. veterem, sciendum, vt in d. l. sed & posteriores. Nam ecce expressam gl. quae tenet, specialem l. veterem non corrigi per generalem nouam, sed ipsam nouam determinari per veterem, & ibi gloss. in suo casu est alia similis in §. sed hoc die, gloss. fin. de satisfid. & in authent. de exhibend. reis, §. suscepto, verb. personali, & in d. authent. offeratur, verb. fideiussione, & in l. ideoque 26. ff. de legib. & in Paul. de Cast. nu. 3. sequitur & dicit approbatam Ioan. Orosc. in dict. l. sed & posteriores, numero 2. & tenet Bart. in extrauag. ad reprimendum, verb. non obstantibus, in vers. sed si statutum praecedens, sequitur Ias. in d. l. sciendum, in princip. n. 4. qui nu. 5. inquit, semper illam gl. allegari ad hoc, quod lex generaliter corrigens, non corrigat casus speciales antiquae, & ibi Io. Orosc. n. 6. testatur gloss. illius opinionem communi-

ter approbatam, communem quoque dicit Ant. Gomez in l. 9. Taur. nu. 10. communem & approbatam dicit Ias. in l. 1. nu. 9. ff. solut. matr. de quo ultimo videndus est latissime Roder. Suar. in l. 1. tit. De los emplazamientos, lib. 2. for. in princ. nu. 3. & iterum in proemio legum for. fol. 5. per totum.

Ergo ita & eodem modo videtur dicendum in nostro casu, quod d. l. 22. cum sit generalis, non corrigat d. l. 4. cum sit specialis, & ita videtur tenendum quod hodie si quis mutuet vel credat filiosfamil. studentis, licet non habeat recutum contra eius patrem vel matrem, vel personam, quae eum misit ad studium habebit tamen contra ipsum filium scholarum, qui recipit, non obstante d. l. 22. quae contrarium videbatur disponere: Nam ipsa non est accipienda in filijsfamil. studentibus, per supradicta.

Et tenendo t hanc opinionem, quae certe verior est & tenenda hodie, non obstat dicta Regia decisio 79. anni 55. Nam illa non est recopilata in noua huius regni recopilatione, sed illa de scholaribus, quae ponitur in d. l. 4. & altera de filijsfamil. quae ponitur in d. l. 22. vnde attento, quod dicitur in Regia prouisione, posita in principio d. recopilationis, scilicet, quod leges postae in illo libro feruentur & exequantur, & per eas iudicentur & decidantur omnes causae & negotia in his Regnis occurrentia, licet sint differentes & contrariae alijs legibus & capitulis curiarum, & pragmaticis, quae antea conditae erant: Nam, quae ibi non ponuntur, auctoritate carere ibi praecipitur, & non iudicari per eas, sed per leges illius libri. Et attento, quod in dicto nouo libro ponuntur haec duae leges, scilicet d. l. 4. & d. l. 22. manifestissime constat, hodie non esse correctam d. pragmat. 6. ann. 41. quae reuertitur & ponitur in d. l. 4. sed quod sit seruanda in suo casu speciali, quo loquitur, scilicet in scholaribus, & d. l. 22. sit etiam seruanda in alijs filijsfamil. & minoribus, qui non sint scholares, licet ipsa generaliter loquatur: quia si vellet corrigere d. l. 4. in final. verbis suprad. hoc est, d. pragmat. 6. ann. 42. in d. l. 4. relata non recopilaretur d. pragmat. in d. l. 4. vel iam quod recopilata fuisset annotaretur super ea correctio, sicut fit in alijs quae sunt correctae, quod ibi non est adnotatum vnde ambae leges sunt seruandae, cum possint reduci ad concordiam modo supradicto.

77 His sic declaratis, dicitur l. 4. noua Recopilationis, dum habet, patrem vel matrem non teneri in illo casu, debet limitari, praeterquam si clarissime constiterit, quod pater non prouidebat filio suo de alimentis necessarijs in studio, quia tunc bene posset peti a patre vel alia persona, quae misit scholarē ad studium, mutuum ei factum pro sua sustentatione, non obstante d. l. 4. vt in terminis eiusdem tenet Petrus Duen. in regul. 37. o. in limitat. licet hoc casu etiam licentia patris vel curatoris requiri teneat per dicta l. Didac. Perez vbi supra, col. 102. in vers. fallit 6. sed ego teneo primam opinionem Petri Duennas.

78 Et hunc casum habuit t in terminis in practica aduocando hic Placentiae, sicut nunc omnium minimus facio: Nam anno 1566. ad vicarium Episcopi Placentiani venit causa commissa per rescriptum Apostolico, inter quendam licentiatum Lemos, medicum cathedracum Salmantice, in gradu appellationis, & secundam instantiam appellatū ex vna parte, & Ioannem Gomez de Salinas minorē, & suum curatorem, vicinos ex oppido de Beiar, appellantes ex alia parte, in qua causa ipse fui aduocatus in hac secunda instantia dicitur licentiatum Lemos, qui coram iudice scolastico Salmantino petijt a d. minore scholari ibi Salmantice, & ab eius curatore certam summam & quantitatem pecuniarum ex pretio quarundam vestium, quas ipse licen-